

Sancti Gregorii Papæ Primi Cognomento Magni Opera

In Tres Tomos Distributa. Ex quamplurimis MSS. Codicibus emendata ;
Additæ Sunt Quædam Notæ in Dialogos & Epistolas ejusdem S. Gregorii

Gregor <I., Papst>

Lutetia Parisiorum, 1675

Super Epistolam II. B. Petri Apostoli.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75090](#)

suorum, & maximè domesticorum curam non habet, fidem negavit, & est infidelis deterior. Unde rectori necesse est, ut interiora possit infundere, innoxia cogitatione etiam exteriora providere. Sic itaque pastores erga interiora subditorum suorum studia fervant, quatenus in eis exterioris quoque vita providentiam non relinquant. Nam quasi jure, ut diximus, à percipienda prædicatione gregis animus frangitur, si exterioris cura subsidij à pastore negligatur.

*Finis expositionis super Epistolam primam
B. Petri.*

INCIPIVNT CAPITVLA

DE EPISTOLA II. BEATI

Petri Apostoli

- 1 Ministrare in abstinentia patientiam.
 - 2 Habemus firmiorem propheticum sermonem.
 - 3 Deus Angelis peccantibus non pepercit.
 - 4 Loth aspectu, & auditu iustus erat.
 - 5 Balaam asina corripuit.
 - 6 Paulus secundum datam sapientiam scripsit vobis.

INCIPIT EXPOSITIO

SUPER EPISTOLAM II. B.

Petri Apostoli.

CAPUT I.

z. Pet. 17 a Ministrare in scientia abstinentiam, in abstinentia autem patientiam.

De absti-
nentibus.
Cura past.
par. 3. c. 20,
praecepit à pr.

ABSTINENTES sollicitè semper debent considerare, ne cùm gulæ vitium fugiunt, aciora his vita quasi ex virtute generentur; ne cùm carnem macerant, ad impatientiam spiritus erumpat. Unde Petrus admonet, dicens: *Ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam.* Mentes enim abstinentium plerumque impatientia à sine tranquillitate excutit. Et ideo cùm dixisset: *In scientia autem abstinentiam, protinus vigilanter adjunxit,* dicens: *In abstinentia autem patientiam.* Deesse quippe abstinentibus patientiam prævidit, quæ eis, ut adflet, admonuit: quia nulla virtus est quod caro vincitur, si spiritus ab ira superatur.

C A P U T I I

2. Pet. 1. d Habemus firmiorem propheticum sermonem

Quod Pro- IN constructione tabernaculi , ut argentea co-
plactæ , & plactæ , & illumina interius immobiles starent , arei paxilli
vetus testa- exteriū fixi , funes quibus ligarentur , continebant
mentum fit quia videlicet tanquam paxilli Patres testamenti ve-
nostre fidei fundamen- teris , & Prophetæ , ante tempus sanctæ Ecclesiæ , id
tum . est , exteriū fixi fuerunt : qui columnas interius in
Hom. 4. 15 in Ezecl.
multo ante ea stantes , id est , sanctos Apostolos , & Pradicato-
res funib[us] verborum suorum in soliditate fidei strin-
gerent , atque ligarent : quia dum calefia mysteria
med. ventura prædicant , hæc postquam ostensa sunt , om-

A **nibus** credibilia fecerunt, & per eorum prædicatio-
nem Apostoli sancti, Dominica incarnationis my-
sterium firmiter, & perfectè crediderunt. Unde re-
ctè quoque ipse primus Apostolorum, magna felici-
tate veri tabernaculi columna loquitur, dicens: *Habemus firmorem propheticum sermonem, cui bene faci-
tis attendentes quasi lucerna lucenti in caligine solo-
co.* In quibus verbis indicat, quanto ad altiora sur-
rexit ex cacumine, ubi religata persistat in fide. Scrip-
tura autem propheticæ sermonis, in tenebris vita
præsentis facta est nobis lucerna, & lumen itineris.
Unde Psalmista dicit: *Lucerna pedibus meis verbū p[ro]f. 118.
tuum, Domine, & lumen semitis meis.* Quæ tamen lucerna propheticæ sermonis, jam quidem intelligentibus lucet, sed adhuc non intelligentibus co-
A B operta allegoriarum obscuritatibus permanet. Unde etiam per Psalmistam de cisdem dictis Prophetarum dicitur: *Tenebrofa aqua in nubibus aeris:* quia vide-
licet occulta est scientia in Propheta.

CAPUT III.

Deus peccantibus Angelis non pepercit. 2. Pet. 2. 4

Quantum ad sublimitatem celi, hujus aëris spatium non immeritò potest infernus dici. Unde latrone cum apostole Angeli à cælestibus sedibus in hoc calcinoso aëre sunt demersi, Petrus Apostolus dicit: *De appetitione latrone, q. 11, c. 11, f. 13v.* *In exp. B. lob. 8. c. 11, f. 13v.* *De appetitione latrone, q. 11, c. 11, f. 13v.*

C Deus peccantibus Angelis non peperit, sed carceribus caliginosis inferni retrudens, tradidit in iudicio cruciando reservarii. Quantum igitur ad celstudinem celi, aëris iste caliginosus infernus est; sic etiam, quantum ad ejusdem aëris altitudinem, terra, quæ inferius est, intelligi & infernus profundus potest. Malignus itaque spiritus de superioribus in hac inferiora dejectus, ne ad celestia evolare prævaleat, pœna sua pondere coarctatur, hic quasi in carcere astringitur: quia tentare bonos, quantum desiderat, prohibetur, ut & implere mala, quæ appetit, nequeat, superna districtio angustatur.

CAPUT IV.

Loth aspectu, & auditu justus erat. 2. Pet. 1. b

Non est valde laudabile bonum esse cum bonis, ille perf-
sed bonum esse cum malis. Sicut enim gravio-^{et} & bono-
ris est culpae, inter bonos bonum non esse: ita im-^{et}, qui &
mensi est praeconij bonum etiam inter malos extitit
se. Hinc Petrus magis Loth laudibus exultit: quia et
bonum inter reprobos invenit, dicens: *Et iustum in exp. B.*
Loth oppressum a nefandorum iustitia conversatione lob. 1, l. 1. s.
eripuit. Alpectu enim, & auditu justus erat, habi-
tus apud eos, qui de die in diem animam justi ini-
quis operibus cruciabant. Qui nimur in cruciarion
posset, nisi prava propinquorum opera & audiret,
& cerneret. Et tamen aspectu justus dicitur: quo-
niam iniquorum vita, non delectando justi aures
atque oculos, sed feriendo tangebat. Hinc Paulus
discipulis ait: In medio nacionis prava, & perverse, phil. 2:
E *inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Hinc*
Angelo Pergami Ecclesiae dicitur: Scio ubi habitas,
ubi fides est Satana, & tenes nomen meum, & non apoc. 2:
negasti fidem meam. Hinc sancta Ecclesia sponsi vo-
ce laudatur, cum ei in amoris Cantico dicitur: Si. Cant. 2:
ecut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Be-
ne ergo justus Loth inter iniquos vixisse dicitur, ut
juxta sponsi praeconium inter spinas lilium crevisse
monstretur.

CAPUT V.

2. Pet. 2. *

Balaam asina corripuit.

Multum prodebat ad illumina-
tionem cordis infirmitas corporis.
Cura paf.
par. 3. c. 13.
longe post
med.

Magna salus est cordis, molestia corporis, quae plerumque salus abicit, infirmatis memoria reformat; ut animus, qui extra se in elationem ducitur, cui sit conditioni subditus, ex percussa, quam suftinet, carne memoretur. Quod recte per Balaam, si tamen vocem Dei subsequi obediendo voluisset, in ipsa ejus itineris retardatione signatur. Balaam namque pervenire ad propositum tendit, sed ejus votum animal, cui præcedit, præpedit. Prohibitione quippe immorata asina Angelum videt, quem humana mens non vidit: quia plerumque caro per molestias tarda, flagello suo menti Deum indicat, quem mens ipsa carnii præsidens non videbat: ita ut anxietatem spiritus in hoc mundo proficere cupientis, velut iter tendentis impedit, donec ei invisi- bilem, qui sibi obviat, innoteat. Unde & bene per Petrum dicitur: *Correptionem habuit sue vesania subjugale munus, quod in hominis voce loquens, prohibuit Prophetam insipientiam.* Insanus quippe homo à subjugali muto corripitur, quando clata mens humilitatis bonum, quod tenere debeat, ab afflita carne memoratur. Sed hujus correptionis donum idcirco Balaam non obtinuit, quia ad maledicendum pergens, vocem non mentem mutavit.

CAPUT VI.

1. pet. 3. d Paulus secundum sapientiam scriptit vobis.

De exēplo humilitatis in Petro & auctoritatis in Paulo. In exp. B. lob. 1. 29. Et Cura paf. par. 3. cap. 8.

Qui vult prava agere, & tamen ad hæc ceteros tacere, ipse sibimet testis est, quia veritate plus se appetit diligi, quam contra se non vult defendi. Nemo quippe est qui ita vivat, ut aliquatenus non delinquat. Ille ergo scipio amplius veritatem desiderat amari, qui sibi à nullo vult contra veritatem pari. Licet enim quædam justa & recta, ut sunt, proficiamus, quædam tamen ut videnda sunt, non videmus: aliud sicut est comprehendimus, & aliud ignoramus. Petrus tanta fidei, tanto miraculorum fulgore claruerat, & tamen conversis Genitibus, dum circuncisionis pondus imponeret, quid recte dicere, curabat. Quia ergo sibi contra veritatem parcit noluit, increpationem Pauli libenter accepit. Paulus quippe, qui se legi mortuum per legem dicit, quia ut in Christo crederet, hoc ei lex ipsa præjudicavit, magno fidei succensus ardore, præcepta legis teneri carnaliter noluit, circuncisionem in Gentibus fieri vetuit. Et cum Petrus Apostolus servari adhuc in circuncisione legis confuctitudinem veller, in faciem restitit, eumque hac in re fuisse reprehensibilem dicit: & in hoc ejus studium discipulis loquens non solum culpam, sed quod maius est, hypocrisim, id est simulationem nominat, dicens: *Cum venisset Petrus Antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat.* Et paulo post: *Et simulationi ejus consenserunt ceteri Iudei.* Idem vero Apostolorum primus cùm multa discipulos admonerer, & à quibusdam derrahī Pauli scriptis cognoscere, dixit: *Sicut charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scriptit vobis, loquens in eis de his, in quibus sunt quædam difficultia intelletu, quæ indocti, & instabiles depravant, sicut & ceteras scripturnas, ad suam ipsorum perditionem.*

Ecce Paulus in Epistolis suis scribit, Petrum reprehensibilem. Ecce Petrus in Epistolis suis afferit Paulum in his, quæ scriperat, admirandum. Certè enim nisi legisset Petrus Pauli Epistolas, non laudasset. Si au-

A tem legit, quia illic ipse reprehensibilis dicitur, invenit. Amicus ergo veritatis laudavit, etiam quod reprehensus est, atque ei hoc ipsum placuit: quia in his non placuerat, & quæ aliter quam debuerat, sensit. Seque etiam minori fratri consensum dedit, atque in eadem re factus est secutor minoris sui, ut etiam in hoc praieret, quatenus qui primus erat in Apostolatus culmine, esset primus & in humilitate. Pensate ergo, fratres charissimi, in quo mentis vertice stetit, qui illas Epistolas laudavit, in quibus scriptum vituperabile invenit. Quæ illa esse tanta mansuetudo potuit, quæ animi soliditas, & imper- turbatio cogitationis? Ecce à minore suo reprehenditur, & reprehendi non dedignatur. Non ad memoriam revocat, quod primus in Apostolatu vocatus est, non quod claves regni celestis accepit, non quod peccata quæcumque in terra solveret, essent soluta in celo; non quod in mari pedibus ambulavit, non quod paralyticos in Jesu nomine jubendo exerat, non quod ægros corporis sui umbra sanaverat, non quod mentientes verbo occiderat, non quod mortuos oratione suscitabat. Ne igitur increpationis verba dedignaretur audire, omnia dona, quæ accepérat, quasi à memoria repulit, ut unum fortiter humilitatis donum teneret. Quis ergo nostrum si vel extremum aliquod signum fecisset, à minore fratre increpatus, increpationis verba patienter audiret? Nil enim signi fecimus, & si quis nos fortasse de actione nostra reprehenderet, statim intumescimus, magnos quosdam nos taciti cogitamus, virtutes nobis ad animum deducimus, etiam quas non habemus. At contrà Petrus cum virtutibus humilis in reprehensione permanxit. Sed sunt nonnulli, qui non Petrum Apostolorum principem, sed quendam alium eo nomine, qui à Paulo est reprehensus, accipiunt: qui si Pauli Apostoli studiosus verba legissent, ista non dicent. Diciturus etenim Paulus: *Cum venisset Petrus Antiochiam, in faciem Gal. 2. ejus restiti: ut de quo Petro loqueretur, ostenderet, in ipso sue narrationis initio præmisit, dicens: Creditum est mihi Evangelium præputij, sicut Paulo circa circumcisionis operatus est Perro in Apostol tu ibidem. circuncisionis, operatus est & mihi inter gentes. Patet ergo de quo Petro Paulus loquitur, quem & A- 2. Pet. 1. & apostolum nominat, & præfuisse Evangelio circuncisionis narrat. Et fuerunt quidam, qui secundum Pe- 2. Pet. 1. & tri Epistolam, in qua Epistolæ Pauli sunt laudatae, dicent ejus non fuisse. Sed si ejusdem Epistolæ pensare verba voluisse, longè aliter sentire potuissent. In ea quippe scriptum est: *Voce delapsa ad eum ibidem. huicmodi magna gloria: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Atque subiungitur: *Et hanc vocem nos audivimus, cum essemus cum ipso in monte sancto.* Legant itaque Evangelium, & protinus agnoscent, quia cùm vox ista de celo venit, Petrus Apostolus cum Domino in monte fletit. Ipse ergo Epistolam scriptit, qui hanc vocem in monte de Domino audivit. Charitas autem in Petro, & minis terribilium principum fortiter restitit, & in circuncisione submovenda minorum verba humiliiter audit. Charitas etiam in Paulo, manus 1ob. 1. 10 c. 4 persequentium humiliter pertulit, & tamen in cir- longe post cuncionis negotio longè se imparis prioris sensum med. audenter increpavit.*

Finis exposit. super Epist. 2. B. Petri Apost.